

Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 13 : De Venere

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[43\] : De Venere](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IV

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - IV, 13 : De Venere](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 14 : De Venus](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 13 : De Venus](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - IV, 13 : De Venere, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/5949>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 381-402

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Vénus](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

magis expurgatum fuerit, quasi faciliorem vitae nostrae decursum transibimus; proximum verò ut male affecto corpori facilis exitus malis humoribus pateat. Fuit Chiron altera parte homo, altera equus: quia idem chirurgiae beneficium non ad homines solum, sed etiam ad alia animalia, & ad usum iumentorum extenderat. Hunc ex immortalibus parentibus natum esse dixerunt, quia infinita propè videatur illa cognitio, quae nunquam satis percepta aut absoluta ab humanis ingenijs fuerit. Fabulati sunt post longum annorum numerum à Ioue hunc impetrasse ut aliquando mori posset, quia saepius rerum omnium scientiae & cognitiones sint per temporum vicissitudines immutatae, quae cum ad summum excreuerunt, mox, ut res ceterae humanae, decrescunt & relabuntur. Dicitur inter sidera Chiron fuisse relictus, non solum quia hominibus de reliquis benemeritis aëre erigerentur ab antiquis, quos inter Deos, aut inter sidera collocabant: sed etiam quia per hæc hominum religionem & pietatem à Deo non negligi volebant ostendere, ut ceteros homines ad probitatem hortarentur, cum viri boni & integri calamitates tandem Deus leuet, & pro ijs magnam ac perpetuam & felicitatem & gloriam denique largiatur. Non defuerunt tamen qui Æsculapium paternis inuentis chirurgiam addidisse putarint, & radicum quarundam herbarum cognitionem, & missiones pharmacorum, qui eò rem medicam deduxit, ut princeps & inuentor & Deus medicinae creditus sit. At de Chirone satis, nunc de Venere rem omnium parente dicatur.

De Venere.

CAP. XIII.

VENEREM illam, quam vulgus mortalium, deliciarum, voluptatumque omnium, & blanditiarum, & elegantiae Deam esse putauit, natam esse fabulantur è Cœli genitalibus partibus à Saturnio cæsis, & in mare proiectis, sine matre, ex illa spuma scilicet, quæ ex illarum iactu in summa aquæ parte exorta est. Hanc, ne furetur turpiter, & iumentorum in morem libidine agitari viderentur homines, unà cum filio Cupidine introduxerunt, & pro Dijs coluerunt: quorum in potestate esse dixerunt omnia commoda ad libidinem spectantia largiri. Nam si de medio Veneris & Cupidinis nomina tollantur: aut, si non Dei, sed desideria & impetus naturæ, illi esse credantur,

ut re ipsa sunt, quid reliquū erit nisi foedissimū & turpissimum libidinis, effrenataeq; lasciuiae nomen? fecit igitur apud imperitos homines horum nominum creditorum Deorum inuentio, ut minus turpe facinus coitus, & animalium coniunctio putaretur. Hæc res sanè ut necessaria propè est animalibus, ita frequens & immoderatus eius usus in multa adducit illegitima, corpusq; & animū labefactat. quare ut honestior culpa libidinorum videatur, & curtus triumphantium, & castra, & insignia Veneti & Cupidini tribuerunt. Verū quod turpe est, cum nullo nomine fieri honestum possit, nos libidinum furorem impuris hominibus & immundis suis ac equis relinquentes, quæ de Venere fabulosa dicta sunt ab antiquis inuestigemus. Tibullus lib. 1. Elegiarum hanc è spuma maris & sanguine Coeli, ut dictum est, natam arbitratur in his:

*Nam fuerit quicumque loquax, si sanguine natam,
Ii Venerem è rapido sentiet esse mari.*

Sic etiam Musæus in Leandro:

*ἀγνοῖας τε ὅτι κύπρις ἀπὸ πωρός ἐστὶ θαλάσσης;
καὶ κρατὶς πόντου, καὶ ἡ μετῖρων ὀδυράων.
An nescis Venus orta mari de semine quod sit;
Imperat hac Undis, nostrisq; doloribus Una.*

Cum nuper nata fuisset Venus, hanc ex undis maris egredientem ambabus manibus è capillis & è facie aquam marinā expressisse inquiunt: quare omnium pictorū facilè princeps Appelles Cōus celeberrimam illam Venerem emergentem, quæ diuinum propè opus creditum fuit, pinxit: cuius mirabilitatem & præstantiam ita expressit Sidonius Antipater:

*ταῖς ἀναδυσμέναις ἀπὸ ματῖρος ἄρτι θαλάσσης
κύπριν Ἀπὸ μῆνι μόχθον ὀρα γμαφίδος
ὡς χερσὺν μάρψασκε δὶ ἄβροχον ὕδατι χαίτα,
ἰχθὺς τε τοτίζων ἄφρον ἀπὸ πλοκάμων.
αὐταὶ τῶν ἱρίων Ἀθηναία τι, καὶ Ἡῤα,
ἡκῆτι καὶ μορφῆς εἰς ἱρὶν ἀρχόμεθα.*

*Egressam nuper Venerem de marmore Undis
Aspice, praeclarum nobile Apellis opus.*

*Exprimit aquoream manibus de crinibus Undam,
E longis spumas exprimit illa comis.*

*Hac visa Pallas sic cum Iunone locuta est:
De forma Veneti cedere iure decet.*

Fer-

Fertur in concha margaritarum feraci fuisse concepta; in qua etiam nauigauit in Cyprum. quare cum de formosa muliere loqueretur Venus apud Papinium, illam dignam esse inquit quæ sua esset soror, & in eadem concha nauigaret, ut patet ex his carminibus:

*Hæc & caruleis mecum consurgere digna
Fluctibus, & nostra potuit considerare concha.*

Hanc verò fuisse ab Horis educandam susceptam, postquam in Cyprum super undis à Zephyro fuit delata, testatur Homerus in hymno quodam in Venerem his carminibus:

αἰεὶ σὺν χρυσοῖς ἔπειτα καλὴν Ἀφροδίτην
ἄσπετον, ἢ πάσης ἐν πτόλιν κρέδινον ἀλλογχεῖ
εἰς πάλιν· οἳ μιν ταφύρε μέγας ὕρον αἰετός
ἦτορ κατὰ κύμα πολυφλοίσφοισι θαλάσσης,
ἀφρῶν ἐν μαλακῶν τὴν δὲ χρυσάμπνοισι ἄραι
δῖ' ἔσαν ἀσπασίῳ, πρὶ δ' ἄμφοτα ἑμάτα ἴσαν.

*Formosam canto Venerem, cui tempora fertis
Aurem congruunt, cui Cyprus terra marina
Floridaparet, eam Zephyrus quo dulcis & aura
In mollis spuma pepulit super aquoris unda.
Molliter hanc Hora ceperunt, Vestibus illam
Diuini texere, quibus nodantur in auram
Crines, reticulumque legit capitū decus ingens.*

Hic enim poeta non in concha, sed vnà cum spuma delatam fuisse in Cyprum sensit. Dicta fuit postea ab ipsa Cyprus, & Venus Cypria, vel quia in vtero ferre præbeat, quod dicunt Græci κόρη πύρρ: quippe cum Cyprus, antequam Venus eò appulisset, diceretur Sphecia ab habitantibus ibi populis Sphecibus vocatis, ut scripsit Philostephanus in rebus Cyprijs. Deinde dicta Ceraestia, ut inquit Xenagoras in libro secundo de insulis, quod illam homines habitarent, qui multos tumores, tanquam cornua quædam in capitibus habere viderentur, cum cornua ῥίρτα dicta sint à Græcis, & ῥίρτα cornuti. alij voluerunt illā insulam vocatam fuisse Macariam quasi beatā ob fertilitatē. at postquā Venus illuc appulit, vocata fuit Cyprus. Hinc ipsi Deæ fuit concha quæ vocabatur lingua consecrata, & conchæ Cytheriacæ: quia illa Venerē excitet, hæc quia pertineat ad mundum muliebrem. Scriptum reliquit Cicero libro 3. de Natura Deorum ita, & plures Veneres fuisse, & illas è diuersis

parentibus fuisse ortas: Venus prima Caelo & Die nata: cuius Elide delubrum videmus. Altera, spuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus. Tertia, Ioue nata & Dione, quae nupsit Vulcano. Sed ex ea & Marte natus Anteros dicitur. Veneres tres fuisse scripsit Pausan. in Beoticis, quarum una Coelestis, altera Popularis, altera Apostrophia dicta est. At diuinus Plato in Conuiuiio duas esse Veneres, & duos Cupidines inquit in his: πάντες γὰρ ἰσμεν, ὅτι εὐκρίτης ἄνθρωπος ἔστιν Ἄφροδιτη. ταύτης δὲ μιᾶς μὲν ὄντος, ἡς ἄνθρωπος ἔστιν. ἰπὲρ δὲ θεῶν ὄντος, δὲ ἀνάγκη καὶ ἑρῶτι εἶναι. πῶς δὲ εὐ δὲ τοῦ τοῦ αἰῶνος; ἡ μὲν γὰρ πρὸς ἑρῶτι, καὶ ἀμύτῳ, οὐρανὸς θυγάτηρ, ἥν δὲ καὶ οὐρανίαν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἡμῶν. ἡ δὲ, νεώτερη, διὸς καὶ αἰῶνος, ἥν δὲ καὶ ἡμῶν καλεῖμεν. Omnes enim scimus quod nulla est Venus sine Cupidine: quae si una sit, unus erit etiam Cupido. At cum sint duae, binos esse Cupidines necesse est. At quo pacto non

Nt.

Dea Venus: Caelo dua sint Dea? altera siquidem antiquior & sine matre Caeli filia existit, quae Caelestem nominamus: altera iunior, Iouis & Diones, quae Vocamus popularē. At Orpheus tamen in hymnis eandem & Caelestem, & maris filiam nominauit in his:

οὐρανία πολὺν κεν φιλομμεδῆς Ἀφροδιτη,
ποταγινή, γένετ' ἱερὰ θεῶν.

Caelestis, genitrixque, sonori filia Ponti,
Latitiaque parens Venus.

Hanc alii nominatam fuisse putarunt à spuma, cum à grecis spuma sit apud Græcos dicta alii ab Aprile mense, quod eo mense nata fuerit, ut testari videtur Horatius in quarto Carminum:

*Ut tamen noris quibus aduocaris
Gaudia, idus tibi sunt agenda,
Quis dies mensem Veneris marina*

Findat Aprilem.

Ferunt eam per pulchris vestibus ornatam in cœlum ab Horis ductam postea fuisse, cuius Dii omnes dextrâ complexi sunt, ac singuli vxorem sibi dari ob formæ præstantiam cupierunt, ut ait Hom. in hymn. cum igitur hanc Diones filiam esse dixerit Theocritus in Syraculys hoc pacto:

κύνει δ' αἰωναία, τὸ μὲν ἀθάνατον ἀπὸ θεῶν
ἀνθρώπων, ὡς μῦθος, ἐποίησας ἡρωϊκῶν:

*Nunquam posse mori mortalem tu Beroniscen,
Fabula sit est, olim dederas Veni mortua Dione:*

Sic

Sic Virgilius illam Iouis filiam dixit:

*Olli subridens hominum fator, atque Deorum,
Vulsi quo caelum, tempestatesque serenat,
Oscula libavit nata: dehinc talia fatur:
Parce metu Cytherea.*

At Epimenides Cretensis Saturni & Euonymes filiam fuisse Venerem ita inquit:

*γῆματό δ' εὐνομίῃν θεοῖσιν ἐρέοντες ἀγκυλομήτεσσι
ἐν τῇ ἡμίονοις γένετο χροῦσ' Ἀφροδίτῃ.
Epimenem teneram Saturnus duxit, ab illa
Nascitur alma Venus sparsis per cella capillis.*

Communior tamen sententia fuit, quod è mari & è spuma nata fuerit, quodque ad Cytherum montem primum appulerit, atque inde in Cyprium, sub cuius pedibus flores oriebantur, unde dicta fuit Cytherea, ut testatur Hesiodus pluribus verbis in Theogonia. Verum de prima Venere Cœli ac Diei filia nulla est propè mentio apud antiquos scriptores: at de posteriore nulla habita generis differentia permulta scripserunt poëtæ. Enimvero cum è mari nata putaretur, inter sidera vel Deos navis salubres ita numeratur ab Horatio:

*Sic te diva potens Cypri,
Sic fratris Helena lucida sidera,
Ventorumque regat pater.*

Huius Dex armiger Bacchus fuisse dicitur. Hanc primam artem meretriciâ exercuisse & inuenisse inquiunt, quare amantium Dea credita est. Numeratur hæc eadem inter Deos nuptiis præfectos, ut ait Pausanias in Messeniâ, & Plutarchus in problematibus, qui præfectos esse nuptiis Iovem aduultum inquit, Iunonem aduultam, Venerem, & Suadelam, & Dianam hæc eadem quia ridens, ut ait Hesiodus, nata est, lætitiæ omnis & risus amica, quibus amor conciliatur & delectatur, credita fuit, ut innuit in his Horatius:

*Sine tumantis Erycinæ ridens,
Quam locus circumvolat, & Cupido.*

Quare effectum est, ut ~~quædam~~ fuerit à poetis sæpius nominata. Atque cum cæta munia sint Diis singulis, cætaque officia concessa, meritò à Iove reprehenditur cum vulnerata fuisset in Martis officium intrompere ausa, hortaturque illam Iupiter matrimonia curare, ut est apud Hom. in lib. 4. Iliad.

B

καὶ βῆ καλὰς ἀλῶναι πρὸς ἱφίχρυσον ἅφροδίτῃ
 ἢ τοὶ τέκοντο ἱμῶν δ' ἴδ' ὅππῃ πολυμήτεια ἴργας
 ἀλλὰ σὺ γ' ἰμαρῶντα ματὶ ῥχῆ ἴργας γάμοιο·
 ταῦτα δ' ἅφροδίτῃ καὶ Ἀθηνῇ πάντα μαλήσει.

Tu mi Venerem alloquitur, cum soluit talibus ora:
Filia, non ars est tibi bellica tradita: sed tu
Virginis artem, sed tu connubia cura.
Hæc Mari, hæc teneat communia muneræ Pallas.

- 71 Cùm his præfset muneribus Venus, illi merito balthcum in-
 72 iunxerunt, siue cestum discolorem, in quo suauitas, & dulcia
 73 colloquia, & beneuolentia, & blanditiæ, suasiones, fraudes,
 74 beneficiaque includebantur; de quo ita scripsit Homerus
 75 Iliad. 6.

ἢ καὶ ἀπὸ τῆθι σφιν ἰλύπετο κατὸν ἱμάντα,
 ποικίλον ἱεὶα δ' εἰς θιλακτῆρια πάντα τ' ἴτυκτο·
 ἱεὶα ἱμῶν φιλότῃ, καὶ δ' ἱμαρῶν, καὶ δ' ὀφρῆς,
 πάρφασι, ἢ τ' ἱαλῆσι νόσῃ πύκτῃ περ φρονόντων.
Sic ait, & lorum cesti de pectore soluit:
In quo blanditiæ plures mortalia corda
Mulcentes inerant sermo iucundus, amores,
Gratia qua mentem falsam dulcedine fucant.

Scripsum est ab Herodoto in Melpomene Enarides & Androgynos populos dicere solitos se per virgas salignas vaticinandi artem à Venere accepisse, ut est in his: οἱ δ' ἐν ἱμαρῶν καὶ οἱ Ἀνδρόγυνοι, πῶς ἅφροδίτῃ σφι λήγῃσι μαντικὴν δόξαν. *Fatentur Enarides & Androgyns Venerem sibi artem vaticinandi tradidisse.* Hæc Dea cùm amores blanditiæque curaret, ita blanda fuisse dicitur, ut vel iuramenta eorum, qui per ipsam petraissent, riderent, ut asserit Tibullus in primo Elegiarum hoc pacto:

Nec iurare time: Veneris per iura Venti
Irrita per terras & freta longa ferunt.

Hanc Deam finxerunt antiqui in curru vehi, quem à cygnis trahi autumauerunt, ut ait Ouid. lib. 10. Metamorph. his verbis:

Vesta leui curru mediæ Cythereæ per auras
Cyprumolorin non dum peruenerat alia.

Idem postea poeta lib. 15. eiusdem operis illum à columbistræ hi inquit in his:

Petræ leues auras innēt inuētæ columbis
Latius adit Laurenti.

Sappho

Ifidi anser, Veneri columba, ut ait in libro de Diis Apollodorus. Sed Strabo libro nono siue etiam admissos aliquando fuisse ad Veneris sacrificia scribit, quod eius victimæ morte lætaretur ob eandem Adonis, quamuis aliquando lacte, melle, ac vino tantum litabatur. Quod alius esset ritus popularis Veneris, alius cœlestis, testatus est Pausanias in Atticis, qui etiam primum Theseum popularis Veneris & Suadellæ cultum apud Athenienses induxisse refert. Dicta est Venus à Latinis quod ad omnia veniat, ut ait Cic. in secundo de Natura Deorum: Quæ autem Dea ad res omnes veniret, Venerem nostri nominarunt. Maximam eius potestatem fuisse significauit Sophocles ita in Trachiniis, cum semper victoriam reportet:

μῆλα τι δῖος ἄ
κῦρ' εἰ, ἐκφρίττω νίκας αἰ.
*Magnum quoddam robur
Veni, refert victorias semper.*

Idcirco præclare Leonidas inquit in armatam Venerem, frustra illam armari in homines, cum vel Martem ipsum bellorum Deum nuda vicerit, hoc pacto:

Ἄριστος ἰδὲ ταῦτα τῆος χάριν ὦ κυβέρ' α
ὅδ' ἰδύσθαι, κατ' ἐν τ' ἐτο φέρουσι βάρους.
αὐτὸς Ἄρης γυμνὴ γὰρ ἀφώπλισκε. εἰ δὲ λίλαψ' α
καὶ δῖος, ἀνδρώπις ὅπλα μάτλῳ ἰπύγ' α.
*Hæc Martis sunt arma, Venus cur cingeris ipsis?
Cur Cytherea geris tam graue pondus iners?
Mars est à nuda victus, cum cesserit ipse
Vel Deus, hæc frustra num geris arma viras?*

Tantæ verò eius vires dicuntur esse, ut nullus propè sit Deorum, qui Veneris imperio non cesserit: quæ cœlo, & tetris, & omnibus elementis credita est dominari, quare omnia ab illa produci scripsit Euripid. in Coronifero Hippolyto, omniaque illius imperio parere, ut est in his carminibus:

κύρ' εἰ γὰρ ἐφαρτὸς, ἰὼ πῦρ ἢ ῥυή
ἢ τὸν μιν ἐκαστὸν ἡσυχῇ κατέρχεται.
ὣς δ' αἰ πῦρ αὐτὸν καὶ φρονέον δῦρη μέγας,
τῆ ταν λαρῆσσι, πῶς δαυὲς καυέβρισι.
φορτὰ δ' ἀν' αἰθίρ' ἔτι δ' ὁ θαλασσίῳ
κλύδῳ κῦρ' εἰ, πάντα δ' ἐκ ταύτης ἴφ' α.
ἢ δ' ἔστιν ἢ ἀνέρεσσιν καὶ διδύοις ἔρεν,

ὦ πάν-

ἔπειτα τοιαῦτα κατὰ χρόν' ἔγγραται.
Non est Veneri ferenda, si multa affluat.
Cedentibus qua sit benigna, qua lenis.
At si superbum reperit quem, quo putat
Tractavit illum more, quâde iniuria?
Percussit aethra illa, iussus in maris
Vndis pererrat: inde nata cuncta sunt.
Hæc una Amorem seminauit, hæc dedit,
E cuius ortu semine omnes adsumus.

Idcirco Homenus in hymno in Venerem omnes feras, & volucres, & animalia, & omnes denique Deos illius ductu gubernari & fixari inquit in his carminibus:

μῦσά μιν ἐν τε ἔργα πολυχρῦσα ἄφροδίτης
 κύπελλος, ἥ τε θεοῖσιν ἐπὶ γλυκύῳ ἱμαρὸν ὄρεται,
 καὶ τ' ἰοδαίμασιν αὖτε φῦλα κατὰ νητὴν ἀνθρώπων,
 εἰσὶν ἔτι δ' ἡ πᾶσι καὶ θεοῖς πάντα,
 ἢ μὴ οὐκ ἔπερ ποδῶν τρέφει, ἢ δ' ἔσται πάντες.
Musa refer Veneris formosa munera, Divis
Qua superis olim teneros immisit amores,
Qua genus humanum domuit, pictaq; volucres,
Atque feras omnes, qua pascunt aquora ponti,
Quaque erant campis, qua latis fluctibus errant.

Hanc vel Ioue ipso potentiorē esse scribit Theocritus in Europæ his verbis:

εὐρώπῃ δ' αὖτε πικρὸν ὑπὸ μωδαῖς βέλεσσι
 κύπελλος, ἢ μέν τε δάσασθαι καὶ τῆτα δαμάσασθαι.
Perdomitus Veneris iaculis, lenibusve sagittis,
Qua damnisse Iouem valet una, Deosq; superos.

Hanc unam denique mundum procreasse, & procreatum nutrire & conservare crediderunt: quem nullo pacto sine Veneris opera existimarunt coagmentari potuisse, ut ait Orpheus:

πάντα γὰρ ἐκ σείδης ἰσὶν, ὑποζεύχας δὲ κόσμον,
 καὶ κρατίζε τριῶν μοιρῶν, γυναικὶ δὲ τὰ πάντα,
 ἔσται τ' ἢ ἔρανος ἰσὶ καὶ ἐν γαίῃ πολυχρόνῳ,
 ἐν πόντῳ τε βυθῶ τε.

Omnia inuixisti, per te stant pondera mundi,
Imperit aq; tribus Partis, atque omnia gignit,
Qua mare, qua cælum latè terramq; pererrant.

Fabulantur poëtæ Venerem Adonidis desiderio captam fuisse,

qui natus fuerat Rege Cinyra & Myrrha eius filia, qui pastor fuit ut testatur Virgilius in Gallo. Enimvero postea Martis invidia ab apro immisso carius est, ut ait Ovidius libr. 10. Metamorph. cum iuuenis esset & praeualidus, plurimum Venus delectabatur, quare eius mortem grauissimè tulit, ut ait Theocritus in Epitaphio Adonidis, neque ullam tamen de illo stirpem suscepit. cum Anchisæ congressa Æneam peperit, quem alij dicunt libertatem à Græcis post captam Troiam obtinuisset, & facultatem quidquid vellet efferendi, qui patrem, uxorem, filium, Deos penates capiens Atho montem conscendit, ibique urbem condidit, quam de suo nomine Æneadem appellauit. Alij dicunt Æneam captiuum vnà cum Andromache datum fuisse Neoptolemo Achillis filio, & in patriam Achillis Thesfalianam deportatum, ut scriptum fuit his carminibus ab illo Lesche qui paruam Iliadem composuit.

αὐτὰρ Ἀχιλλεύος μεγαθύμῳ παίδι μοι ὦν
 ἔκτορ' ἰὼν ἄλοχον ἑτάροισι κοίλας ἐπὶ νῆας
 παῖδά δ' ἰλῶν ἐκ κόλπῳ ὑπλοκάμετο τιθήνης,
 ῥίφα πρὸς τατρώων ἀπὸ πύργῳ τὸν δὲ πρὸντα
 Ἰθάκῃ προφύριος θάνατος, καὶ μεῖρα κραταίῃ.
 ἐκ δ' ἴλατο Ἀνδρὸς μέγαν ἠὲ ζῶντα παρὰ μετῖν
 ἔκτορας, ἦντα οἱ αὐτῷ ἀριεῖας παλαιχῶν
 δῶκεν ἔχιν, ἐπὶ φρον ἀμφοδόχῳ γίρας ἀνδρὶ
 αὐτὸν τ' Ἀγχίσκῳ κλυτὸν γένος ἐκ ποδ' ἀμείβῃ
 Αἰνείας ἐν νηυσὶν ἰβήσαστο πέντε πόροις
 ἐκ πάντων Δαναῶν ἀγέμεθ' ἵρας ἔφοχον ἄλλων.

*Uxorem Hecloream naves deduxit in atrae,
 Magnanimo ac forti quondam generatus Achille:
 Atque e complexu raptum nutricis, ab alta
 Turre iacit natum mox Hectoris: huncq, cadentem
 Purpureum cepit leihum, nigraq, tenebra.
 Mox capis Andromachen, fuerat namq, Hectoris Exor,
 Quam sibi donarunt virtutis premia Achini.
 Anchisa clarum natum domitoris equorum
 Protinus in naves duxit, qua marmora sulcant,
 Æneam, fuit egregium quod munus Achinum.*

Ex illo celebri Martis adulterio suscepit Harmoniam, ut testatur Hesiodus in Theogonia, quam tamen alij Iouis & Electræ filiam fuisse putarunt. ē Mercurio suscepit Hermaphroditum,

ut

ut nomen ipsum significat: quod ita ait Ouid. lib. 4. Metamor.

Mercurii puerum & diua Cythereide natum

Natades Idam enutrinere sub antru:

Cuius erat species, in quam materque paterque

Cognosce possent: nomen quoque traxit ab illis.

Concepit Erycem è Bute: vel ut alij maluerunt, è Neptuno: quem Hercules palaestra suffocauit, ut ait Isacius. Ferrur etiam Meligunis fuisse Veneris filia. Fama est præterea quod Venus Dionysum amauit, quo ad Indicam expeditionem militante Venus Adonidis consuetudine fruebatur: mox coronata redeunti Dionysio occurrens & ipsum coronauit, & rogauit ut se sequeretur, quia iam nupsisset. mox in Lampſacum profecta est, quia ibi vellet parere, quod gestabat in utero. At Iuno Zelo-rypia capta illius utrum per dolum contrectauit, fecitq; ut de formem puerum pareret, qui ingentia maximè haberet pudenda, quem postea Priapum nominauit, ut ait Posidonius in libro de Heroibus & Dæmonibus. Non defuerunt qui Suadelam quoq; Veneris filiam fuisse dixerint, quæ sententia etiam fuit Sapphus. at Hesiodus in Theogonia è congressu Martis & Veneris Timorem & Pallorem natos esse scribit in his:

αὐτὰρ Ἀφροδίτῃ

ἦν ὅτε κούρην ἐόβηεν καὶ ἄνδρα τινίκε.

Marti clypeos atque arma secanti

Alma Venus peperit Pallorem, & namque Timorem.

Suscepit Rhodum filiam præterea è Neptuno, ut sensit Herophilus: quam tamen Epimenides Oceanum fuisse scripsit. Dicitur & Electryonem & alios quinque filios è Sole peperisse. At cum Vulcanum maritum haberet, nullus ex illo filius commemoratur, cum multos è variis congressibus, diuersisque adulteriis à scriptoribus natos fuisse Veneris acceperimus. Sortita est autem Venus multa cognomina vel à locis, vel conditorib. vel euentis rerum. nam dicta est Salaminia, Acidalia, Paphia, Idalia, Cytherea, Erycina, Gnidia, Cyllenia, Melanis, Migonitis, Ascrea, Colias, Epistrophæ, Euploea, Ambologera, Olympia, Speculatrix, Pontica, & multa alia præterea quæ numerare mihi videntur superuacaneū. Multa fuerunt loca, in quibus eximè Venus coleretur, quorum quædam ita recensuit Ouidius libro decimo Metamorph.

Capta Viri formauit iam Cythereia curas

B 4

*Litora: non alio repetit Paphon aquore cinctam,
Piscesamq, Cnidem, grauidamq, Amathunta metallis.*
Et Virgilius libro decimos:
*Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atque Cythera,
Idaliaque domus.*

Et quoniam Venerem rerum omnium genitricem esse diximus superius, non est mirum si ad exprimendam eius potentiam Canachus Sicyonius illam ex ebore & auro ita fecit, ut capite polum gestaret, atque altera manu papauer, altera malum punicum, ut scripsit Eratosthenes libro tertio. In huius Deæ sacrificiis id moris fuit ut femora victimarum omnium, præterquam suum, consecrarent, cum alias partes Sicyonij iuniperi lignis adolerent, verum cum torrerentur femora, cum illis folia herbar præderotis incendebantur, ut ait Pausanias in Corinthiacis. Hæc Dea, veluti etiam cæteri, sua sacrificia prætermitti non æquo animo ferebat: quare cum Lemniæ mulieres Veneris sacrificia spreuissent, Deæ maximè iram in se concitasse creditæ sunt, quod etiam non impunè putantur fecisse. Nam tantum fectorem illis excitasse Iociminis Dea perhibetur, ut à suis maritis contemnerentur. Earum mariti cum bellum aduersus Thraces per id tempus suscepissent, sæpiusq; captiuas inde abducerent, ac proprias uxores aspernarentur, decreuerunt mulieres homines omnes per noctem iugulare: atque non id solum fecerunt, sed etiam captiuas una cum illis trucidarunt, deinde veritæ ne cum filij adoleuissent patrum iniurias vlciscerentur, illos etiam ad vnum obtruncarunt, atque vniuersum genus de medio sustulerunt, illud autem effectum est ob Veneris indignationem, quæ leuiter ferre non solet, nec neglectû sacrificiorum honorem obliuisci, si ab aliquo parui fiat, ut ait Euripides in Hippolyto Coronifero in his:

πολλὴ μὲν ὁ βροτοῖσι, καὶ ἐκ ἀνώνυμος
θιά κεκλημαὶ κύπρις, ἔραν ἢ τ' ἴσαι,
ὅσαι τε πόντι, περμόντων τ' Ἀτλαντικῶν
ναίων ἐσαι, φῶς ὀρώντας ἅλιν·
τὰς μὲν σίβοντας τὰ μὲν περὶ βόλῳ κράτη
σφάλλω δ' ὅσαι φρονέουσιν εἰς ἡμᾶς μίχα,
ἵναι γὰρ δὴ καὶ θιῶν γένε τόδ' ἄ,
τιμώμεναι χαίρομεν ἀνθρώπων ὕπν.
Inter viros permulta, non ingloria

Veneris

*Venus vocata sum: poli intra circulum,
 Pantumve quisquis incolit, & terminas
 Atlanticos spectatq; solus lumina,
 Si me colit, vires, decumq; praebo.
 Superbientes rursus in me deprimo.
 Hoc est Deū commune, quod mortalium
 Honoribus latantur, & colā Viri.*

Dicitur hæc Dea vnā cum Iunone & Pallade de formæ præstantia contendentes ad Paridis iudicium venisse, quæ cum iudici Helenæ adulterium ad illum corrumpendum promississet, victoriam ex illo iudicio reportauit. Veruntamen dolosum illud iudicium vniuerso Troianorum imperio postea fuit calamitosum, quoniam stulta sunt omnia iniqua, sed omnium maximè Veneris opera quæ fiunt, vt ait Euripides in Troadibus: quippe cum non solum à spuma, sed etiam ab infania Veneris nomen deduci possit, vt est in his carminibus:

*τὰ μὲν γὰρ πᾶσι καὶ ἡ ἀφροδίτη φερεῖται
 καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφροδίτη ἀπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ.
 Mortalibus nam stulta cuncta sunt Veneri:
 Relleque cepit nomen hac infania.*

Nam cum animorum motus qui nos ad aliquam deformitatem motum, vitæque turpitudinem inducunt, maximè vitandi sunt, tum Veneris titillationes præcipuè, omnemque lasciviam conuenit aspernari: quibus nihil neq; turpius, neque minis honestum, neque magis calamitosum cuiquam contingere potest. Nam quis se hominem esse verè audeat dicere, qui se effrenata illa belluarum libidine in Venerem rapi patitur: omnium sanè voluptatum quibus homines verantur, maxima & deterrima est libido rei Veneræ, quæ opes dilapidat, obest memoriæ, vium oculorum labefactat, stomachum frigidiorē & imbecilliorē efficit, cum vim illam semen genitale secum afferat, quæ cibus in stomacho concoquitur: ex quo plurima rerum redundantium copia fit, malorumque humorum abundantia in stomacho procreatur. Præclarum est igitur illud medicorum præceptum, semperque ad seruandam sanitatem in ore habendum: **VESCI** citra satietatem, **IMPIGNUM** esse ad laborem, **VITALE** semen conservare, res esse saluberrimas. Quare scitè dictum est ab eo poeta:

ἐν τῷ, καὶ τὰ λαοπρῶτα, καὶ ἡ περὶ αὐτῶν ἐπιστολή,
δι' ὅτι ἐπὶ τῷ πρῶτῳ τῷ ὅτι ἐν αὐτῷ αὐτῷ.

*Vina, lanacra, Venus, mortalia corpora frangunt,
Et citius Ditæ tartara adire iubent.*

Quid si vehemens sit Veneris pruritus & titillatio, facilia sunt, & omnibus eiusce rei remedia, victus moderatio in primis: unde præclare illud defluxit: Sine Cerere & Baccho friget Venus. Neque id parum confert mandatum medicorum secundum, quod etiam ita recitavit Ovidius in lib. de remedio Amoris:

Otia sitollas, periere Cupidini arcus.

Memoriae prodidit Plutarchus in Sympotiacis problematis rutam quoque, quam *πρηνες ἀπὸ τοῦ πρηνεύου* vocantur à cogendo, non mediocriter conferre ob insitam illi à natura siccitatem, quam habet propter vim caloris. Nam genitale semen cogit & coagulat. quare etiam de illa ita scripsit Ouid. de remedio:

Prilum fumos acuentes luminantur ar.

Prodest lactucarum etiam usus ad sedandam Venerem ob naturæ frigus. Id autem significare voluerunt antiqui poëtæ, qui mortuum Adonem inter lactucas à Venere depositum fuisse inquirunt. Scripsit præterea Nicandri enarrator cunilæ usum, cum illa frigida sit, Venerem sedare. quare in Thesimophorijs, in quibus sacrificijs castos esse sacerdotes & adeuntem populum oportebat, ut scripsit Hegesander, herba illa substernebatur. Fuerunt etiam loca huic rei accommodata, sicut *Silgminus* fluvius non procul à Parris, ut refert Pausanias in Achaïcis, in quo viri vel formine lotæ priusconum amorem obliuisciebantur. & Sappho apud Ouid. sublimem esse locum apud Nicopolim in Leucadia inquit, è quo se in mare præcipitantes, amoris obliuisciebantur: sic enim inquit:

Constitit, & dixit, quid nunc non ignibus aqua

Vveru? Ambracia est terra petenda tibi.

Phæbus ab excelsis quantum patet aspiciet aquor,

Alteum populi, Leucadiumq. vocant.

Hinc se Dencalion Pyrrha succensus amore

Misit, & illa so corpore pressit aquas.

Nec mora, iussus amor fugit latissima mersi

Pellora: Dencalion igne leuatus erat.

Hanc

*Hanc legem locus ille tenet: pete protinus altam
Leucada, nec saxo defiluisse time.*

Primus omnium Phocus ex ea petra sese præcipitavit, ut ait Plut. in claris mulieribus. Hoc omnium remediorum ultimum, & non nisi furiosis hominibus adhibendum censuerim, ut è præcipiti loco in mare non sine maximo periculo defiliant. Quamvis Cicero etiam libro quarto Disputationum Tusculanarum meminit de hoc loco, utpote è quo multi se præcipitarunt: qui modum igitur vitio quærit, similiter facit ut si posse putet eum, qui se è Leucade præcipitauerit, sustinere se cum velit. Huic Dæx rosa & myrtus arbor consecrata fuit, quoniam utraq; planta eximiam præ se fert pulchritudinem: rosa inter flores scilicet, myrtus inter arbores, ut ait Pausanias in posterioribus Eliacis, & Virg. Ægloga septima:

Populus Alcida gratissima, vitis Laecho,

Formosa Veneri myrtum sua laurea Phæbo.

Non defuerunt tamen qui myrtum sacratam esse Veneri putarent, quod illa ornata Venus sit ad iudicium de forma cum Deabus profecta, atq; victoriam reportarit, quod innuit Nicand. in Alexipharmacis in his:

*πρὸς δὲ τὴν σοὶ δίκτυον τὰς ἰχθυήσας κλῶντας,
ἢ ῥοῦ τ' ἰμβρασίης μένῃσι σίφοι ἕχ' ὑπὲρ ἱκτοῦ,
καὶ λαοὶ ἄνθρωποι κύνες τε ὅτ' οἷς ἔριν ἡριβήσας
ἀλλήλας, κόσμησεν ἐν τῷ αἰοιστὶ ἔρισι.*

Præterea Dictynna tua est ex arbore ramos

Aspernata, tuam nec cepit luna coronam,

Quod Venus Idæi est illa in montibus olim

Compta comas, ubi de forma contentio nata est.

Alij sacratam crediderunt, quia nascatur in litore maris, unde nata est Venus: alij, quia multis morbis muliebribus conveniat. non tamen soli Veneri sacra putabatur, sed etiam Dionysio, ut Aristophanes testatur in Ranis:

*Γ' ακχ' ὦ Γ' ακχ',
ἰλὸν τίν' ἂν ἀλγὺν αὖτε χερνύσῃ
ἔσιντες ἐς διασώτας
παλὺς ἔρπον μὲν τιτῆσας
ἀμφὶ κρατὶ σὺ βρύνετα
σὶ φάτον μύρτων.
Iacche ὦ Iacche,*

*Veni per hoc pratum tripudians
Sacras ad matiantes:
Fruéliferam concutiens
Circum caput tuum Sirentem
Coronans myrtarum.*

Huc Dæ Gratiæ dicuntur esse dicæ, quod nihil ijs ignatis faciat: nam cum pomum à Paride esset captura, Hymenæum, & Cupidinem, & Amores, & Gratiæ iussit aduocari, ut ait Pausanias. Quas etiam Veneris & Liberi patris filias quidam dixerunt.

¶ Atque hæc ea scè sunt quæ de Venere ab antiquis scriptoribus tradita sunt: nunc quid ea significant perquiramus. Nihil est autem aliud Venus, quam occultum coitus desiderium à natura insitum ad procreandum, quod nos non ineptè (ut arbitror) alicubi ita expressimus illam amorem appellantes:

*Nil amor est aliud Veneris quam parua Voluptas,
Qua simul expleta est, inficit or a rubor.*

Et Lucretius libro quarto:

*Sic igitur Veneris qui telus accipit ielum,
Sive puer membris muliebribus hunc iaculatur,
Sive mulier toto iactans è corpore amorem:
Vnde feritur, eò tendit, gestitque coire,
Et iacere humorem in corpus de corpore ductum.
Namque Voluptatem præsagit multa cupido.
Hæc Venus est nobis: hinc ductum nomen Amoris.*

Est autem permagnum huiusce rei argumentum, quod omnia verno aeris tepore ad procreationem excitantur: quippe cum idem poeta Zephyri auram suauissimam Veneris nuntium appellarit, ut in his ait idem poeta:

*Il Vër, & Venus, & Veneris prænuntius ante
Pennatus graditur Zephyrus Vestigia propter.*

Nata esse dicitur è spuma maris, quoniam semen genitale animalium nihil est aliud, quàm spuma sanguinis, & supernatans, ut est in secundo de Generatione animalium apud Aristot. quare locus datus est fabulæ, quod à spuma genita sit. Nata esse dicitur ex ipso mari propter salcedinem, quæ non parum confert ad fertilitatem. cuiusce rei argumentum est copia murium, quæ nascitur in namgijs sale onustis ac illud sæpe vectantibus. Venerem

rem

rem amorū Deam credidit Lactantius putatam, quia lena fuerit, quae prima meretriciam artē instituerit. Ducuntur verò similia similibus desiderio, ut canes canum, equi equarum, leonum leones: quoniam dissimilium formatū profus nulla est inter se coniunctio. Efficitur istud ipsum naturae ductu, quae spectra quaedam à valde diuersis abhorrētia indidit singulis animalibus, ut irritum & inutilem cōiunctionis laborem deuiuent. Ut enim è magnopere differentibus arboribus sarculos arbores nō recipiunt, ita neq. marium semine plurimum differentium congressu delectantur. Nam tamen si viperæ anguillarum attritu demulcentur, canes luponū coniunctionem non omnino respiciunt, cum è similibus propè corporibus simile semen profundatur, quod plurimum cōfert ad procreationem, tamen ex anguillis & ambus, aut dissimilibus plurimū animalib. nihil nasceretur, si cōiungantur: quare è consimilib. omnino aut parū differentib. fieri debet & solet generatio. Sunt igitur in singulis animalib. spiritus quidā ad conciliandos amores præpotentes, quibus temperies aeris pro lena est, atq. eandem spiritū alij ad id munus tardiores sunt, alij promptiores & magis ingeniosi: quare accidit aliquando ut mas feminam vel non vitam amauerit, aut matrem femina. Alij naturam sapientissimam rerum harum parentem similibus & animorum & temperamentorum conciliatricem crediderunt, quae radios quoddam occultos è toto corpore mitteret: quos tamen alij ex oculis manare maluerūt, atque alterius animum percutere, atque illum, qui sit ictus, conuersum eò vnde percussus fuit, quandam voluptatem diuinantem, & quasi præsentientem, similisque coniunctionem appetentem, in eius desiderium delabi, quod desiderium Amor, & proprio nomine Cupido appellatur. Cum tamen eueniat aliquando ut ex altero tantum illi radij manent, cum ad scopum ob dissimilitudinem hi peruenire non possint, nullam se facere impressionem sentiunt, quare neque ita intenduntur, neque sunt diuturni, & à suscepto negotio facile recedunt. Nihil enim natura frustra fieri diutius patitur. Est igitur Venus voluptas illa quā animus è similibus coniunctione futurā præsentit, quare Dea credita est conciliandotū animorum. Alij motū illum animorum, qui sit ab ipsa natura per aeris temperiem, Venereū vocarunt. Quod nata sit è spūma, ut diximus, illud sit, quia ex puriore san-

guinis parte genitale semen seceratur : cuius rei indicium est, quod non minus stomacho, & memoriae, & aciei oculorum obest usus Veneris, quam venarum incisio. Alij natam e Ioue & Dione crediderunt, quoniam cupiditas procreandi e calore concipitur, & ex illa materia, quae est inferior : nam Dione corruptibilis vniuersa materia nominari potest elementorum. Qui Coeli & Dicit filiam tradiderunt, ij cum Theologis Christianis consenserunt, quonia cum Deus omnipotens coelum & lucem & sidera creasset, mox rebus omnibus imprimendi amoris ad procreandum vim addidit : quare creatis animalibus & herbis statim inquit, Crescite & multiplicamini. Haec eadem causa fuit cur fuerit praefecta nuptijs. Haec risus amica dicta est, vel quia per letitiam amor conciliatur, vel quia tum maximè vigent animalia, cum apta sunt generationi, quod efficit apta elementorum symmetria : qua etiam ratione dicta est vxor Vulcani. Hanc in adulterio cum Marte deprehensam nudam ac rebus implicitam Vulcanus ridendam exposuit, neque, vt inter homines lex Iulia de adulterijs permittit, interfecit, vel quia fieri non poterat vt Dij occiderentur, vel quia tam crudele facinus committere turpe iudicauit, parumque viro bono, nedum Deo conueniens : cum vanam & temerariam illam esse hominum opinionem conaretur demonstrare, quae apud vulgus increbuit, quod libidinosa vxoris lasciuia viri boni existimatio & integritas possit contaminari, nisi tamen vir ad vxoris turpitudines libens volensque conuiueat. Nemo enim alienorum peccatorum poenas date merito debet. Praeclare igitur statutum fuit apud Lacedaemonios, vt adulterorum, siqui deprehensi fuissent, pudendae partes publicè in foro per tortorem vellicarentur, deinde ad quoddam tempus ex agro Lacedaemoniorum exularent. quod fiebat sine maritorum ignominia, vt scripsit Sossiphanes. Quare non insulse vir sapientissimus Stilpo, cum illi a Metrocle Cynico obijceretur vt opprobrium, quod sua filia esset impudica, ita Metrocle arguit percontatus, num peccatum meum est, an filiae filiae, is inquit, peccatum, at tuum infortunium. qui fieri potest? ait Stilpo. an non peccata sunt lapsus? sanè. an non lapsus eorum qui lapsi sunt, fuerunt etiam aberramenta? & hoc inquit. nonne aberramenta eorum qui aberrarunt infortunia? his verbis vir sapiens demonstrauit

ne.

semini esse crimini alterius peccata oportere. Dicitur vulnerata fuisse à Diomede, ut est apud Homerum: quoniam illi quorum in ortu Venus dominatur, facie sunt decora, animo elato, voluptatibus dediti: ac corpora debilia & rei bellicae minimè accommodata. quare cum illa in ortu Paradisi dominata fuisset, ita inquit Ouid. in epist. Helenæ:

Apta magna Veneri, quam sint tua corpora Marti.

Bellagerant fortes: in Pari semper ama.

Hectora quem laudas pro te pugnare iubeto.

Huic Deo non convenire aliorum Deorum officia dixit Iupiter, cum singuli Dei singulis officiis sint præfecti, quia nulla est tanta potentia, quæ per se satis valida sit, nulliusque alterius indigeat auxilio. Hoc enim maximè faciebat ad depressendam mortalium arrogantiam & temeritatem, cum vel Dei ipsi non omnia possent, sed mutuis auxiliis indigere, dicerentur. Qui omnia animalia ab ea domari inquit, & Iovem amoris parere, ac Venerem mundum procreasse & conservare atque omnia ex illius munus pendere, visi sunt per hoc divinam bonitatem, & incredibilem Dei in humanum genus amorem divinitus somniasse. Fabulati præterea sunt antiqui Venerem amantium peritiam ridere, quia illi qui aliquo insigni animorum motu ad has res concitantur, non sunt sui compotes, sed eo affectu quò fert impetus rapiuntur. Nihil enim differt his rebus deditum iurare, ac si quis insanus se cum ratione in posterum velle insanire iuraverit: quippe cum uterque horum quò fert impetus, ac non quò ratio, trahatur. Dixerunt præterea Veneris currum ab oloribus trahi, quia mundities & corporis ornatus mirificè confert ad amorem conciliandum: est enim omnium ferè avium candidissima & maximè munda olor. Alij tamen quò salacitate columbas ac passeris illius currum trahere finxerunt. Atque cum tres esse Veneres dicantur, diversi erunt & Amores siue Cupidines illarum filij. Illa quæ Cœlestis est Venus appellata siue Vrania, purum significat, & sine corporis cupiditate, amorem, qualis est erga Deum & patriam & viros bonos ob aliquam virtutem, aut erga benemeritos. qui amor cœlestis, & purus, & divinus, cum humana labe careat, potest appellari. Popularis Venus naturæ cōiunctiones animalium quarrit. At Venus cognomento Apostrophia, dicta fuit ab Harmonia, cui etiam erexit templum; quia, cum multa turpiter per nefarios congressus

fieri apud barbaros animaduertisset, leges ad coercendas cupiditates parum honestas tulerit, & de stupris incestis homines auerterit, ut nomen ipsum significat. Atque cum cœlestis illa Venus, non nisi ab animo temperantissimo procedere possit, meritò in eius sacrificijs observatum fuit ab antiquis ne vinum omnium deliramentorum, omnisque intemperantiae causa offerretur. Illa Venus quæ popularis est, neque vinum neque temulentiam rejicit, cum vulgi & turbulentorū motuum multitudinis Dea sit. Hanc Venerem, cum ex aeris temperie gignatur, omniaque animalia ad procreandum impellat, rerum omnium procreatricem dixerūt antiqui, cum illa sit præcipuè verni temporis benignitas: quam ita expressit Virgilius 2. Georg. libro.

*Vere adeo fronds nemorum, Ser Vitile sylvis,
Vere tument terra, & genitalia semina poscunt.
Tum pater omnipotens facundus imbribus Aether
Coniugis in gremium lata descendit, & omnes
Magnus alit magnos commissus corpore fatus.
Ausa tum resonant anibus Virgulta canoris,
Et Venerem certius repetunt armenta diebus,
Parturit alnus ager, Zephyrique tepentibus auris
Laxant arua sinus, superat tener omnibus humor.*

Nam physicas rationes in his complexus est Virg. quibus efficitur ut eo tempore præcipuè animalia in Venerem concitentur. quam rem ita mira quadam poetica summitate etiam Lucretius, cum de Venere loquitur, complexus est:

*Aeneadam genitrix, hominum Divinæq; Voluptas
Alma Venus, cæli subter labentia signa,
Quam mare nauticum, quæ terras frugiferentes
Concelebrat: per te quoniam genus omne animantum
Exoritur, Visitq; exortum lumina solis,
Te Dea, te fugiunt venti, te nubila cæli,
Adnentuque tuo suaves tibi Dadala tellus
Submittit flores, tibi rident æquora Ponti,
Pacatumq; nitet diffuso lumine cælum.
Nam simulac species patefacta est verna dici,
Et reserata viget genitabili aura Favoni,
Aeria primum volucres te Diva, tumq;
Significant initum percussa corda tua Vi.*

Ac

At grauissimus & suauissimus scriptor Euripides multò etiam clariùs demonstrauit rerum omnium procreationem ex elementonum esse symmetria: atque vim illam siue diuinam quæ nascitur è motu coelestium corporum, siue naturalem vocemus, quæ facit vt in hanc commistionem elementa ipsa deducantur, vel potiùs deducit, Venerem appellauit: quam ita de se dicentem is introducit, quemadmodum patet ex his:

ἔχ' ὅρα' εὖ δὲ θεοὺς θεοὺς
 ἡὺς ἐδ' ἄν εἴποιε ἔδδ' ματρὸς καὶ ἄν
 ὅσον πείρουκα, καὶ ὅσον διέρχεται.
 αὐτὰ τρεῖς φασὶ καὶ μὴ, καὶ πάντα βροτοῖς.
 τακμήριον δὲ μὴ λόγῳ μέντοι μάθης,
 ἔργῳ δὲ δείξω τὸ εἶναι τὸ τῆς θεῆς.
 ἔρα μὲν ὁμῶς γαῖαν, ὅτι βροτὸν πίδει
 ἀκαρπία αὐχμῶν, νατὶ δὲ ἰνὸς ἰσχύος.
 ἔρα δὲ ὁ σιμῶς ὑπερὶ πλεονέκτους
 ὁμῶς, πῶς ἐν ἑ γαῖαν, ἂν φροδίτης ὕπο.
 ὅταν δὲ συμμιχθῇται ἐν ταύτῳ δύο,
 φύκισιν ἡμῖν πάντα, καὶ τρεῖς φασὶ ἄμα,
 δι' αὐτὴν βροτοῖς ἢ τὰ καὶ θάλασσαν γένε.
*Non sentit ipse quanta sit Venus Dea?
 Nam nec referre, nec quæ se metirier,
 Sit quanta, quantum possit in mortalibus.
 Te nutrit ipsa, meq; & omnes hac viros.
 Considera: sermone ne solo scias,
 Enucleabo robur ipse re Dea.
 Amanit imbrem terra, cum siccum solum est,
 Non est ferax squallore poscitque humidum:
 Amatq; cælum pluribus plenum imbris
 Ob hanc Deam terræ deorsum cedere.
 Vos duo miscentur ista, & unumq; fit,
 Nascentur inde cuncta quæ nos nutriunt,
 Ob qua vires, & vegetq; sui mortalium.*

Hanc Deam iure Adonim amasse dicunt, qui Adonim solem esse arbitrati sunt: quoniam sine vi Solis, nulla esset Venus. Hunc per brumam extingui dicunt, quia cessat eo tempore herbarum, & rerum multarum generatio. nam cum Sol obtusos angulos facit, minor sit eius virtus, ac frigora sunt omnibus naturæ actionibus maximè aduersaria. Nam cur illum

mortuum inter lactucas deposuit: propter frigus hyemis minimum. atque per id tempus fiebant sacra Adonia: cui fabulæ addiderunt per Adonia fluvium Adonim vocatum è Libano monte defluentem sanguinolentum fluere solitum. Addiderunt & Gratiarum illi filias, quæ Cœlesti conveniunt, ob debitam omnibus bonis liberalitatem. Harum una aversa est, cum dæx Venerem respiciant, quia liberalis & magnanimi est imitari bonos agros, quod est maiori mensura reddere, quàm acceperit. Sorores illæ dicuntur manibus implicitis se tenere invicem, virginesque esse & ridentes: quia nulla spe motos oportet dici liberales, cum mercatores sint potius qui ob aliquam spem benefaciunt. atque quæ in aliquem extat beneficentia, tum demum grata est, quæ ex hilari animo, minimeque inuito aut renitenti procedit. traditum est in fabulis Venerem iudicatam à Paride fuisse pulchriorem Iunone ac Pallade, quia multo sunt plures qui corporis voluptates, quàm qui animi: qui vitia, quàm qui virtutem; qui turpitudinem, quàm qui gloriam sectantur. nam multi fuerunt qui dignitatem, qui gloriam, qui præclaras gerendarum rerum opportunitates pro impuris voluptatibus reliquerunt, & amplissimas opes in eas profuderunt, qui tandem facti omnium hominum infelicissimi propter libidinem in maximas misérias sunt delapsi. At verò quid sit Venus, & quas vires illi antiqui præbuerint, & quæ de illa fabulosè dicebatur, iam serè explicauimus, quo in negotio si quid reliqua m est, id in Cupidine eius filio pertractabitur.

De Cupidine. CAP. XIII.

DE Cupidine verò, quibus ortus sit patentibus, non parua dubitatio est apud scriptores: quoniam alij unum esse Cupidinem, alij plures senserunt. Plato in Symposio Phædrum inducit ita de Cupidinis origine dicentem: ὅτι μέγας θεὸς ἦν ὁ ἄρως, καὶ θαυμάσιος ἐν αἰθερώπιε τε καὶ ἐνοίῃ, πᾶσι δὲ καὶ ἀνδρῶν, καὶ ἡμετέρων δὲ κατὰ τὴν γένεσιν. τὸ γὰρ ἐν τοῖς περὶ εὐφροσύνης εἶναι τὴν οἰον, τίμιον, ἢ δ' ὅς τι κμήριον δὲ τέτυκται. γὰρ ἄρως ἔστι εἶς, ὅτι λέγεται ὑπ' Ἀφροδίτης, ἢ ἰδιώτου, ἢ ποιητοῦ. *Quod magnus Deus sit, & hominibus Deique admirabilis Cupido, id iam compertum est sapius eum in aliis, tum in iis qua ad eius originem spectant præcipuè. Neque enim me præterit esse quidpiam præclarum inter antiquissimos*